



17868 (ad 4)

¶ Stilus Romane curie incipit.

Uplex est modus deuoluendi siue detrahendi causas ad Romanam curiam ut in ipsa curia tractentur. vnus per commissionem factam in curia cum potestate citandi et isto modo inter beneficiales et non beneficiales nulla est differentia postquam commissi sunt nisi in diuersitate modi procedendi et obseruatione terminorum ut. j. dicit licet lenius et facilius cause beneficiales et non deuolue per appellationem committantur in curia quam alie et inter alias citius spirituales et ecclesiastice quam profane et inter profanas citius ille que uertuntur inter clericos quam inter laycos. Sed postquam placet pape nulla est differentia nisi in modo procedendi et obseruatione terminorum ut infra. Alius est modus deuoluendi per appellationem et in isto modo est magna differentia inter beneficiales et non beneficiales per quantum appellacionem interpositam ad sedem apostolicam deuolunt ad Romanam curiam dummodo dicta appellatio interponatur in presentia appellati uel eius procuratoris specialiter in causa illa constituti uel quacumque commode incrimetur appellato uel procuratori predicto data sibi scriptura autentica uel perlecto sibi tenore appellacionis cum copia sibi tradita alioquin in absentia appellati uel procuratoris talis appellatio intimanda est in domo habitationis appellati uel si domus est in remotis in ecclesia cathedrali eius ciuitatis uel dyocesis cuius est beneficium de quo agitur et utroque casu nihilominus in ecclesia uel beneficio de quo agitur et hoc uerum nisi esset merus appellati uel suorum tunc enim sufficit quod intimatio fiat in loco publico ubi quo uerisimile sit quod ueniat ad noticiam appellati. Item est

sciendum q̄ si aliqua appellatio uel citatio debeat insinuari alicui habenti parrochialem ecclesiam uel aliud beneficium curatū requirens residentiā de iure tūc in absentia appellari uel citandi sufficit q̄ fiat intimatio uel citatio in ecclesia cathedrali et in ecclesia siue bñficio curato ⁊ non in aliqua domo habitationis. Alię uero cause non beneficiales siue sint spirituales ⁊ ecclesiastice ut de usuris decimis matrimonio ⁊ de similibus siue inter clericos siue inter laycos uia appellatōnis dumtaxat non deuoluunt ad Romanam curiam nisi secundum formā distinctionis infra scripte aut enim appellauit ante sententiā diffinitiuam aut post si appellauerit ante aut appellatio non est acceptata a iudice uel approbata a parte primo casu aut termin⁹ fuit statutus ab homine a iudice uel a parte ⁊ tunc sufficit q̄ appellatus mittat procuratorē ad agendū ⁊ defendendū in curia nec in tali causa uirtute appellatōnis procedi potest nisi de speciali mandato pape cōmitteret cum potestate citandi in curia ⁊ decreta citatōne ⁊ executione reproducta non ui appellatōnis sed citatōnis procederetur aut terminus fuit statutus ab homine ⁊ tunc iterum dico q̄ si casu proximo si appellatio est accepta a iudice uel a parte approbata aut nullus terminus fuit statut⁹ ab homine ⁊ tunc sufficit mittere procuratorem ad expediendū articulum grauaminis ⁊ eo expedito in negotio principali ꝑcedi potest sed bene in grauamine aut terminus fuit statutus ab homine ⁊ appellatus perit q̄ persone principales uenissent cum iuribus ⁊ munimentis ad Romanam curiam ad totam causam et cause per talem appellatōnem censentur ad Romanam curiam deuolute ad finem ut in negotio principali per audientiam contradictarum possit ꝑ

cedi a
do deu
cipali
tum un
um pri
tatione
tarum
ta est a
perito
⁊ mun
dus r
causis
fuit ac
mo ca
sa est
contr
nego
cept
audi
cipali
⁊ con

¶
onis
modo
pellat
tata

cedi aut appellatus hoc modo non petiit et tunc tantummodo deuolutus est articulus grauaminis nec in negotio principali illo finito uia appellationis procedi possit et sic tantum uno casu appellatio ante sententiam deuoluit negotium principale ad curiam itaque in illa absque aliqua alia citatione procedi posset in curia per audientiam contradictarum contra absentem scilicet quando appellatio recepta est a iudice et a parte et terminus statutus ab homine et petito per appellatum quod appellans ueniat cum iuribus et munimentis suis totam causam concernentibus et ille modus raro accidit. Si autem est appellatum in huiusmodi causis non beneficialibus a diffinitiva tunc aut appellatio fuit acceptata a iudice uel approbata a parte uel non. primo casu siue terminus fuit statutus ab homine uel non causa est deuoluta per appellationem. Itaque per audientiam contradictarum contra absentem procedi posset etiam in negotio principali. Secundo scilicet quando non est acceptata a parte non est causa deuoluta ad curiam ita quod per audientiam contradictarum procedi possit in negotio principali sed sufficit mittere procuratorem ad impetrandum et contradicendum.

In causis deuolutis modus procedendi in curia Romana.

Postquam autem in Romana curia per uiam appellationis ita ut in ea tractari debeant deuolute sunt cause hoc modo procedendum est et primo committenda est causa appellatiois et negotii principalis alicui auditori et iudici et presentata ommissione ea die iuridica in audientia et sequenti producat

appellatio coram Iudice si habetur alias uerbo datur et
absq; hoc secundum modernam practicam licet olim sec^o
erat q; pronuntiat Auditor causam esse deuolutam petat
et obtineatur pars citari per audientiam contradictarum
ad dicendum contra commissionem et iura huiusmodi ob
tineatur si in grauamine proceditur siue sit beneficalis si
ue non ad impugnandum et iustificandum ad primā diez.
Si uero in negotio principali pars uellet procedere tunc
si causa est beneficalis tunc est procedendum iuxta refor
mationem Martini Pape. v. s. ad libellandum ad primaz
ad iurandum de calumnia ad primam. etiam de mero iure
si aliqua partium uelit abbreviare tunc in termino ad libel
landum poterit iurare de calumnia caueat tamen ut non
remittat expresse iuramentum alteri parti. sed tantum taci
te quia tacita ualet expressa nocet et ideo procurator sit at
tentus quando iurat in termino ad libellandum q; auiser
notarium q; scribat hoc iuramentum expresse per eum ad
uersario remissum. Deinde ad articulandum ad. xii. diem
ad dicendum contra articulos. ad secundum diem ad dicē
dum contra producta ad secundum diem ad declaranduz
ad primam diem et si alique declarationes dentur facto ad
dicendum contra eas ad primam diem et deinde ante lap
sum terminum ad dicendum contra articulos. articuli ad
probandum admitti possunt uocata ad hoc parte factis p
bationibus si est actor uel si est reus et actor probauit fac
tis decisionibus et defensionibus contrariis releuantibus
uel si nihil probat actor etiam si reus nihil probauerit ut
certus sit de absolutoria sententia potest peri concludi ad
statim. Postmodum dum iudex fuerit deliberatus potest
ferre sententiam. Et licet conclusio in beneficalibus non

fit de l
dirur
ner cam
contra
lorum
de con
siue pro
dinari
C. J.
prima
qui ten
ria de

C. B.
ciali
testa
bus
interp
in hoc
facien
execu
missio
landu
be pa
tunc p
dar p
'causa
fis no

fit de substantia tamen stilus curie habet q̄ semper cōclu-
ditur etiam in beneficialibus ⁊ aliis summaris causis re-
net tamen sententia sine tali conclusione nec ad hoc stilus
contradicir ⁊ quo ad istam materiam admissionis articu-
lorum uel exceptionis aut aliarū materiarum preter q̄ q̄s
de conclusione dictum est tamen illa in causis pecuniariis
siue prophanis sit de substantia idem in talibus causis or-
dinariis siue prophanis seruetur.

¶ Item in secunda instantia omnes termini predicti ad
primam diem seruantur excepto termino ad articulandum
qui seruetur ad octauam. ⁊ eodem modo in tercia instan-
tia dempto termino ad articulandum qui seruetur ad. vi.

¶ Modus seruandus in beneficialibus
deuolutis per commissionem.

¶ Item eodem modo seruantur termini in causa benefi-
ciali quando causa est deuoluta per commissionem cū po-
testate citandi in curia ⁊ extra ⁊ facta executione in parti-
bus que executio eodem modo fienda est quo appellatio
interponenda secundum formam. *¶* Et causam dempto q̄
in hoc termino non oportet producere iura deuolutionem
facientia sed producitur citatio facto uel uerbo cum eius
executione ⁊ deinde citetur pars ad dicendum contra cō-
missionem citationem ⁊ eius executionem deinde ad libel-
landum ad primam diem ut supra. *¶* Et taliter q̄ si sint am-
be partes sufficienter fundare per se uel suos procuratores
tunc proceditur contra eos alioquin pars presens proce-
dat per audientiam contradictarum contra absentem si
causa est deuoluta ut supra. *¶* Et hoc idem seruat in cau-
sis non beneficialibus de quibus supra.

In causis non beneficialibus per commissionem.
In causis uero non beneficialibus aut ille sunt de decimis matrimonii uel iuris procedendum est ut in causis beneficialibus modo quo supra dictum est quo ad terminos sed non quo ad deuolutionem ut etiam predictum est aut ille cause sunt prophanæ et tunc si appellatione sunt deuolute modo quo supra fertur commissa causa producatur appellatio uerbo uel facto et citabitur pars ad dicendum contra commissionem et iura pro deuolutione cause facientia ad primam diem. Si uero est deuoluta per citationem executam tunc illa citatione cum eius executione reproducta uerbo uel facto citabitur pars ad dicendum contra commissionem citationem et eius executionem ad primam et deinde utroque casu deuolutionis huiusmodi termino primo seruato ad dicendum contra deuolutionem uel executionem citationis citabitur pars ad libellandum secundum antiquam practicam ad .viii. diem sed secundum modernam que mixta cum antiqua seruatur ad libellandum litem contestandam et de calumnia iurandum ad .viii. dies in quo termino dabitur libellus et citabitur pars ad respondendum libello et litem super libello contestandam et iurandum de calumnia ad primam diem sic nec ut ita fiat citetur ad idem tertio sub pena excommunicationis ad .ii. diem sed ne tunc citetur quarto et de superhabundanti ad idem ad primam si tunc libellans affirmat narrata in suo libello fore uera et petita in eo fieri debere ante litem contestatam et nisi tunc aduersarius det exceptiones releuantes nisi libellus de se sit inceptus compellatur respondere alioquin excōicabitur exceptiones aut que possunt opponi ad litem contestandam sunt tantum tres. scilicet de re iudicata transacta et finita

etiam exceptio que reputatur anormala opponi potest ad
impediendum litem contestatam. si uero iudex cause com
pellat ad respondendum libello quia est inceptus uel qa ob
stant exceptiones tue et tunc non respondeas nisi metu ex
coicationis et simili metu durate iures de calumnia et de
inde appelles ab illa compulsionone metu excoicationis ad rñs
dendum libello facta et in casu quo dare fuerint exceptiones
et admissione perita exceptionum appellari potest a non admissi
one et dictarum exceptio repulsiōe et compulsionone. hñoi con
iunctim et diuisim et sic diuisim appellari potest a tali non ad
missione etiam ante compulsiōem et si tibi placet persequi grava
men et recedere uelis a iudice qa forsan tibi suspectus est
uel alia de causa facias coniunctim committi causam appellationis
ab hñoi grauamine unacum toto negotio principali in for
ma qua infra et licet appellatio quando est legitima comit
ratur unacum negotio principali non uenit negotium principa
le nisi quoniam euentum grauamens tales sepe obrineant commisiōem
quoniam processus est coram iudice quod in omnem euentum maneat iudex.

¶ Commissio grauaminis

¶ Commissio in causa grauaminis hñoi termini seruentur si
cut in aliis quoruncumque grauaminum. scilicet ad dicendum contra com
missionem ad primam diem et ad dicendum contra appellatōem
ad primam diem quare petenda est in termino quo accusetur
cotumacia nil dicentis contra commissionem et deinde ad im
pugnandum et iustificandum ad primam diem in quo termino semp
dat petito ad minus uerbo petendo prouocari bene appella
tum et male processum. si uero est appellatum contra. scilicet hñoi processum
et male appellatum l3 cauti? sic et utili? quod in illo termino ad i
pugnandum et iustificandum de primo petito facto et post
terminum ad impugnandum et iustificandum altera prius potest citari ad

videndum inhiberi ad primā diem uel ad statim ⁊ predic-
ta a grauaminibus quo ad terminos pcedunt quando ap-
pellans prosequitur causam appellationis. s. si appellatus
prosequatur eam ille potest qñ citatus est ad dicendū cō-
tra commissionem consentire in iurisdictionem impugnare
non possit ac prestare consensum expresse uel tacite ⁊ in il-
lo termino reperere appellationem partis aduersę inquan-
tum pro parte sua ⁊ contra partem aduersam ⁊ inquantū
facit cōtra se excipere generaliter cōtra eaz ⁊ obtinere ad
ipugnandū ⁊ iustificandū ad .i. diē quē terminū fuerit ut s̄

De prima instantia.

Deinde cōtinuando terminos in negotio principalis si
grauamen miscetur ⁊ expeditū est per sententiam interlo-
cutoria que transit in rē iudicatā uel q̄ ab ea nō est appel-
latum uel post .x. dies appellat tunc citet ps ad articulan-
dū in prima instātia ad .xv. diē ad dicendū cōtra articulos
ad .viij. diem ad declarandū ad .viij. diem ad dicendū con-
tra declaratōem si qua dat ad .viij. diez alias non. deinde
potest peri cōcludi ⁊ hoc si est reus ⁊ aduersarius ⁊ actor
nō pbat ut si actor pbat ⁊ in causis pecuniariis siue p-
phanis qñ presertim quis timet commissionem uel testes
tunc instet pro cōclusionē ⁊ deliberato iudice p sententia

De secunda instantia.

Post q̄ in pria instātia appellatū est ⁊ cā appellatōis
cōmissa citabit ps ad dicendū cōtra cōmissiōem ad primam
diem iuridicā ⁊ si plz appellatio statī pōt facere citari p̄
ad libellādū ad .ii. diē alias poterit excipere cōtra cōmissiōez
uel non excipere ⁊ termino adueniente quelibet partium
pōt dare libellum scilicet appellatorum petendo contri-
nuare sententiā ⁊ petēdo bene p̄cessum p̄nunciari ⁊ male

appellatum q̄ iudex non bene pronunciauit iuxta petiti-
onem suam illud potest tunc addere in libello suo appellans
uero potest petere contrarium et dare petitionem suā quā
dedit in prima instantia ⁊ inde citabitur pars ad respon-
dendum libello ⁊ litem contestandam etiam ad primaz di-
em in illo termino accusatur contumacia non respondentis
libello ⁊ hanc cautelam teneat uolens prosequi iudicium
quia si pars altera est absens a iudicio nō requiritur lris
contestatio in secunda instantia ubi facta est in prima. se-
cus si est presens. tenet ergo talem ordinem uolens conti-
nuare iudicium ⁊ accelerare q̄ nullo termino uadat quo
alia pars non est presens ⁊ seruat terminum ⁊ tunc citetur
pars ad iurandum de calumnia in eodem termino sicut su-
pra dictum est. Deinde ad articulandum ad octauam diē
ad dicendum contra articulos ad secundum diem. ad pro-
ducendum omnia ad secundum diem ad dicendum contra
ad secundum diem ⁊ ad dicendum contra declarationes
si que sint similiter ad secundum diem.

¶ De tertia instantia.

**¶ In tertia instantia omnes termini seruantur ad idem
dempto termino ad articulandum qui seruat ad octauam
diez ⁊ teneatur cautela in termino ad libellandū ⁊ respon-
dendum libello ut dictum est in secunda instantia.**

¶ In causis nullitarum.

**¶ In causis nullitarum. s. quando committitur ⁊ petitur
anullari aliquis processus uel sententia uel alius extra iu-
dicialis actus tunc si actus est iudicialis ⁊ nullitas constet
ex eisdem actis ⁊ tunc cōmissa causa citata partem ad di-
cendū cōtra cōmissiōem non requirit plena obseruatio ter-
minoz sedam naturā causē uel si causa est beneficalis ut**

summaria uel alia de quibus supra proceditur ut dictum est. Et est norandum q̄ iudex uel auditor cui commissa est causa appellationis a diffinitiva potest cognoscere de nullitate sententie licet hoc non exprimeretur in commissione si bi facta secus in iudicio appellationis a grauamine uel in terlocutoria cautum tamen est q̄ semper exprimat̄ in commissione.

De causis restitutionis.

In causa restitutionis que de iure peti deberet infra quadriennium ut petitur restitutio in integrum aduersus aliquem actum et hoc principaliter ut incidentaliter ut petitur restitutio ad appellandum uel etiam incidentaliter in integrum aduersus sententiam et mittere iudicium rescindens et non resistorum et tunc citetur pars ad dicendum contra commissionem dantur articuli si petantur secundum uiam iuris communis deducuntur casum esse quo restitutio conceditur et per uiam commissionis de gratia petite et concessite tunc deducantur articuli uerificationis pro uerificatione commissionis et pars citetur ad dicendum contra articulos ad primam diem accusata contumacia in illo termino petantur articuli et producantur iura uel testes secundum materiam subiectam. Et est sciendum circa hoc q̄ petens restitutionem semper ante q̄ restituatur debet docere de aliquo suo iure uel interesse uel saltem summarie de lesione Item deinde factis probationibus super articulis petatur restitutio in integrum cum negocio principali quod fieri potest de iure et utile est fieri. seruandi tamen sunt termini ad longum secundum naturam cause.

In causis defensionis.

In causis defensionis scilicet quando aliqua appellatio

a diffinitiva sententia uel interlocutoria dicitur deserta et tunc si deserta est in manibus domini auditoris cui comissa est et sic de aliis tunc requiritur noua commissio super desertione alias non requiritur noua prouisio. Quia facta et presentata citetur pars ad dicendum contra ad secundam diem et lapsa illo termino citetur pars ad faciendum si de 3 de diligentis prosecutionis appellacionis primo ad primam diem et deinde si non docuerit de diligentia predicta citeat ad idem tertio et quarto et tunc iudex habet optionem an uelit confirmare uel pronuntiare tantum super desertione

In causis attemptatorum taxatio expensarum.

Item nota quod expense nunquam petunt taxari nisi quando sint tres sententie late uel quando prima transiit in rem iudicatam et tunc iudex qui tulit sententiam uel surrogatus eius debet taxare expensas et parte uocata statim uel ad primam diem et non taxent expense in Romana curia nisi per commissionibus simplicibus non consistorialibus procuratore pro procuratoribus pro aduocatis et sic de aliis et iste expense peti debent et taxari per cedulas secundum ordinem Romanorum pontificum et quando una uel due sententie late sunt in partibus uel quod pars uult quod unus auditor taxet omnes expensas hoc obtineat per commissionem

In causis beneficialibus.

Item sciendum est quod in causis beneficialibus et summaris non sunt nisi quatuor termini substantiales scilicet ad articulandum, ad dicendum contra articulos, ad producendum omnia, et ad dicendum contra producta, aliorum terminorum omisio non reddit processum nullum. In prebendis tamen nulli alii termini sunt substantiales ultra predictos

quatuor scilicet ad libellandum. ad respondendum libello
ad litem contestandam et etiam ad concludendum.

¶ De grauamine.

¶ Item nota quod quando in Romana curia alicui audito
ri commissum est aliquod grauamen puta quia appellatum
est de partibus uel audire camere ad curiam et commissum
est causa appellationis grauaminis una cum negotio prin-
cipali quia tunc de more curie licet fit contra ius quod iudex
appellationis in curia etiam si pronuntiat male appellatur
non tamen reuertitur causa ad priores iudices sed retinetur
eam decernendam uel quando causa grauaminis et nego-
cii principalis est aduocata ab uno et commissum alteri uel
quando appellatum est a grauamine et interlocutoria et
diffinitiva alias vni commissum sunt.

¶ In causis attemperatorum.

¶ In causis attemperatorum que sunt post appellaciones
uel lite pendente semper requiritur noua commissio si occur-
rerint talia attemperata post commissionem primam qui plura
liter commissiones et scripta non extendunt se ad actiones ac-
tus seu creatas lapso termino ad dicendum contra com-
missionem qui est ad idem dantur semper articuli attempera-
torum et citetur pars ad dicendum contra articulos et faci-
at probationes per testes uel instrumenta deinde illis fac-
tis non requiritur observatio terminorum nisi peritio detur.

¶ In causa reductionis.

¶ In causis ubi perit reductio contra aliquod laudum per
arbitros ad arbitrium boni iuri si est causa beneficalis uel
sumaria seruandi sunt termini ut supra dictum est et nihilominus
ultra hoc dandus est libellus concludens iniquitatem et
reductionem secundum dispositionem iuris. Si vo

causa uel negocium in qua petitur reductio non est benefici-
cialis uel summaria tunc seruandi sunt termini sicut in cau-
sa ordinaria uel prophana ⁊ est lis contestanda.

¶ De Remissione ad partes.

¶ In causa ubi petitur remissio decerni ad partes expen-
diatur commissio sub plumbo ⁊ quando decreta est remis-
sio citetur ad primam diem ad concordandum de loco et
iudice in quo termino fiat concordia de uno uel pluribus
iudicibus deinde citetur ad dandū interrogatoria ad pri-
mam diem ⁊ tūc in illo termino petuntur articuli parte uo-
cata ⁊ si paratum habent portitorem iuret tunc portitor ⁊
alias cum occurrerit parte tamen semper ad hoc uocata
uel presente.

¶ Practica circa remissionem.

¶ Item circa istas remissiones sciendum est q̄ in Roma-
na curia habetur una decisio ad hoc q̄ iudex potest remis-
sionem decretam sub plumbo papali expedire sine cōmis-
sione ⁊ etiam cōmissarius suus in partibus potest subdele-
gare uices suas quando talis remissio expeditur sub plum-
bo papali ⁊ tunc reportata cōmissione iudex qui decreuit
eam non potest de ea cognoscere nisi fiat commissio noua
⁊ illa fiat sub forma huiusmodi. alias causa tali pendente
inter tales iudex decreuit remissionem per appellationem
manus. S. V. se de causa ipsa introumittere nō potest Dig-
netur. E. S. V. idem priori iudici uel suo surrogato com-
mittere ⁊ mandare ut remissionem recipiat aperiatur ⁊ ulte-
rius in causa procedat.

¶ Pro interesse.

¶ Item est alius modus ueniendi ad causam pro suo in-
teresse uideat an sibi hoc expediat quod considerare pōt.

si enim iura predicta et probationes in causa facta plus sibi profunt quam noceat tunc est quod debeat venire pro interesse et tunc tertius qui uult venire pro interesse suo alias melius est quod hinc ad litem nouam seu nouum iudicium coram eodem uel alio auditore ut si expediat sibi venire pro suo interesse uideat an ipse sit in prima commissione dicti iudicii nominatim comprehensus uel sub clausula generali. Et alios sua interesse putantes et tunc ueniat coram iudice cum iuribus et articulis suis et cum intersit petat partem citari ad primam ad dicendum contra et tunc in illo termino petat se admitti in statum in quo est in causa beneficiati. Si uero non sit comprehensus in prima citatione et commissione tunc obrineat commissione in qua petat se admitti pro suo interesse et producat iura sua seu suos articulos et obrineat citari partem ad dicendum contra et petat admitti ut supra. Quid autem operat generalis clausula que ponit in commissione. et alios sua interesse putantes dico quod sua interesse putans non tenet uenire licet possit uenire ad causam nisi citatus sit in specie ac nominatus secundum formam de elec. et tunc preiudicat sibi sententia. Et circa hoc nota quod si una et due sententie contra possessorem late sint et alius uenit pro suo interesse non propterea impeditur causa si sit expedibilis inter priores partes quin expediatur et etiam fiat executio nisi possessio fuisset uacans ut ille qui uenire pro suo interesse docet et se possidere uel in commissione per quam uenit pro suo interesse sit clausula quod causa inter omnes partes simul et semel ac si unico contextu eademque sententia terminetur et tunc etiam requiritur signatura quod admittat et procedat ut petitur et similiter sit cautus in dicendo et recipiendo commissionem in tali forma tenet modo praes

rica
tur et
lendu

on
accu
pena
sed el
fit in
pon
est li
locu
in qu
ad p
extr
one
tali
in p
tun
fric
tis et
ex o
rem
de
cog
fici
rum
illie
inq

rica Rose q̄ utroq̄ casu detur iurisdic̄tio quod tam̄ credi
tur esse contra. ff. siue de. si de bñficio. de preben. 7 ad tol
lendum dubium pone clausulam illam in principio.

In causis criminalibus.

In causis criminalibus per duplicem uiam. s. accusati
onis inquisitionis denuntiationis 7 exceptionis si per uia
accusationis si talis est causa q̄ ueniat aliqua corporalis
pena imponenda illa non potest tractari per procuratores
sed est tractanda personaliter nisi illa principalis persona
sit in carcere detenta. Si uero aliqua alia pena fuerit im
ponenda tunc tractari potest per procuratorem 7 dandus
est libellus si in eo sint expressa crimina exprimendus est
locus. 7 locus loci. annus 7 mensis. sed non requiritur dies
in quo libello ponenda est inscriptio accusatoris libellanti
ad penam talionis si actor potest illam pari alias ad penā
extraordinariam 7 ad arbitrium boni uiri 7 ante inscripti
onem non dicitur reus conuentus respondere libello et in
talibus causis per accusationem seruandi sunt termini ut
in prophanis secundum ordinez prout supradictum est qa
tunc talis causa non dicitur beneficalis. Si per uiam inq
sitionis 7 hoc fit dupliciter aliquando ad instantiam par
tis 7 tunc procedendum est sicut in accusatorio aliquando
ex officio 7 tunc iudex habet de purare aliquem instigato
rem uel procuratorem officii 7 tunc primo est inquirendū
de infamia que si probatur procedendum est ulterius ad
cognitionem ueritatis 7 in istis causis inquisitionis ex of
ficio proceditur summarie non seruando terminos causa
rum prophanarum. Si per uiam denuntiationis quia de
illis non est ad propositum tunc illa est preparatoria ad
inquisitionem que fieri potest dupliciter ut supra.

Si per viam exceptionis que fit cum agitur de confirmā
da electione uel instituendo presentatum uel inducendo p
uilegium in possessionem tunc per modum exceptionis danda
sunt crimina et tunc requiritur specificatio ut supra et ideo
fit cautus procurator excipiens uel articulans in tali ma
teria uel articulet crimina et quod illis addat quod illa erant no
toria et petens possessionem beneficii de illis erit notorie
infamatus.

¶ Super notorio.

¶ In causis in quibus tanquam super notorio procedit post
citationem ad dicendum contra commissionem dandi sunt
articuli super notorio et pars citabitur ad dicendum contra
articulos et deinde ferenda est sententia nec aliqua obser
uatio terminorum requiritur.

**¶ De prima instantia ut fit in partibus uel per
Auditorem camere lata est sententia.**

¶ Item notandum est quod ubi in prima uel in secunda in
stantia in partibus uel per Auditorem camere lata est sen
tentia tunc in causa appellationis que committitur in Roma et
extra alicui apostolico commissario seruandi sunt termini si
cut in prima instantia Item quando grauamen uel interlocu
toria uel per uiam appellationis causa commissa est alicui au
ditori tunc ille Auditor potest inhibere Auditori camere
uel etiam alteri commissario in curia uel extra sed non coau
ditori suo uel alicui dominorum Cardinalium quia illis non
inhibetur nisi seruatis terminis in appellatione a grauami
ne uel interlocutoria seruari solitis de quibus supra et tunc in
termino ad impugnandum et iustificandum citari potest per
illa in termino seruato ad uidendum inhiberi ad statim et
tunc parte uocata debet decerni inhibitio.

De materiis obiectiuis.

Item nota q̄ materie obiectiue quando dantur principali-
ter per uiam positionum ⁊ articulorum ⁊ semper dan-
de sunt in termino substantiali ad dicendū contra produc-
ta ad tardius licet ante dari possint per modū exceptionū
cōtra iura alterius partis semper dari possint in termino ad
hoc statuto ⁊ tales materie obiectiue quales sint impug-
nant ius propriū ⁊ sunt specificande in tempore ⁊ loco et
in aliis circūstantiis sicut supra in libello accusatorum.

Appellatio a diffiniua.

Item nota q̄ qñ appellat a diffiniua non oportet ex-
primere aliquam causam in appellatiōe. Idem qñ appella-
tur a sententia habente uim diffiniue ut est sententia sup
atemptatis super desertiōe. super nullitate ⁊ plures qui nō
expectant diffiniuiam post se.

Circa probationem dilatoriam.

Item circa probationem dilatoriam ⁊ alias que dant
in causa est sciendū q̄ si aliquis conuenit in Romana curia
ita q̄ ipse presens est qñ committit causa tunc nisi cau-
sa prius sit deuoluta ad curiam per appellatiōem aut ipse
est legatus aut nuntius alicuius domini tunc habet ius re-
uocandi domū nisi conueniret super contractu facto illo
tempore quo nuntius fuit alias datur sibi tempus siue in-
durie ad habendū iura ⁊ defensiones de partibus interi-
superfeditur in causa ⁊ illud tempus datur magnum uel
paruum secundum distantiam loci a Romana curia a lo-
co domicilii illius qui cōuenitur Et nota q̄ illa dilatio ad
habendum iura non solum datur ad habendū iura ipsius
rei sed etiam ipsi actori datur ad habendum informatōez

et defensionem contra iura partis sibi aduerse et ideo sepius uiget practica quod non obstante quod actor dicebat se uelle confiteri gratiam processum acceptationem et provisionem et alia iura rei. Nihilominus reo dantur inducie si ipse aliter legabat se uelle habere informationem et defensionem contra iura partis aduerse et in hoc sit cautus procurator ut sic petat. Item circa dilatorias probationes nota quod omnes probationes iudiciales sunt arbitrande per Auditorem uel iudicem preterquam quando excipitur de excommunicatione cum ibi iura dant terminum .viii. dierum. scilicet. aliquando dantur .x. aliquando plures aliquando pauciores secundum quod placet iudici.

C De occasione hereditatis.

C Item est norandum quod si uelis aliquem conuenire occasione hereditatis antequam porrigas libellum unam partem facias petitionem seu interrogationem in qua contineatur quod iudex interroget an sit heres defuncti cuius nomine conuenitur et an sit solus uel pro parte et qua parte. Item quando aliquis conuenitur rei uenditione uel quacumque actione reali semper si pars rea est presens in curia facias eam interrogari an possideat et teneatur respondere. Et istud multum releuabit te. Si quis enim conuenitur possessor alicuius rei licet ipse pariat iudicium ex hoc non posset condemnari ut possessor nec ad dimittendum possessionem nec in fructibus nisi proberetur possessor et istud nota quia sepius uenit in practica et multi in hoc errare solent et hoc idem tenet Spec. in tit. de interro. que fiunt ante litem contestatam.

C Super spolio.

C Item nota etiam quod si aliquis super spolio beneficii siue

possessorio
necesse quod
sedisse et al
rimonialit
ter quod ager
beneficiarius
beneficii in
rit quod pro
ficiam cuius
spolii ubi i
am non si
gens per
minu mer
sus est in

C Item
siue peti
litis con
de prop
aliam e
iure par
dubitare
lius bene
ut in cau
tor agit
seruabu
rit esse si

possessorio recuperando agit aut in cā pphana tunc nō est
necesse q̄ p̄ducatur aliquem titulū sed sufficit q̄ p̄bet se pos
sedisse et aliū nunc possidere. In cā uero beneficiāli ut ma
trimoniali uel alia in qua non potest haberi possessio opor
tet q̄ agens p̄ducatur titulū suū et uerificet illud secus si be
neficiarius non dicat se spoliari beneficiō sed fructibus be
nificii in toto uel in parte aut aliquo iure sui beneficii req
rit q̄ producat titulū sed sufficit q̄ p̄bet se possidere bene
ficiū cuius nomine agit. Nota etiā circa hoc q̄ in causa
spolii ubi ius cōmune facit p̄ reo et contra actorē licet eti
am non sit cā beneficiālis uel matrimonialis oportet q̄ a
gens p̄ducatur titulū suū uel titulū tanti temporis q̄ hos
minū memoria in contrariū non existat et probet et iste ca
sus est in c. ad decimas. de restit. spolia. li. vi.

¶ Super titulo beneficii.

¶ Item nota q̄ licet quando agit super titulo beneficii
siue petitorio siue possessorio proceditur summarie sine
litis contestatione ut supra uisum est secus quando agitur
de proprietate beneficii puta si una ecclesia dicit sibi unā
aliam ecclesiam unitam. Idem si agitur super aliqua re et
iure particulari spectante ad beneficium et circa hoc uidi
dubitare q̄ si unus dicit se habere titulum in beneficio et a
lius beneficiū quo incorporatur an procedat summarie
ut in causa beneficiāli. uel plenarie ut in pphana Et si ac
tor agit ut de proprietate beneficii actio sua erit plenaria et
seruabuntur termini ut in pphana et reconuentio rei pote
rit esse summaria. Et deducit principalis ius suū. sc̄.

**Cui commissum est aliquod
generale procuratorium.**

Item si attentus procurator habens reducere aliquam
causam in curia cui commissum est procuratorium generale quod
illud non producat ipse personaliter sed persuasum est ut
tradat ipsius alicui suo amico qui illo presente tradet illud
notario et tunc ipse procurator presens dicat ego intelligo
me constitutum esse generaliter per. **N.** ad multas causas
et negocia ego intendo solus onus acceptare in ista causa
pendente et non in aliis. scilicet. ac substituo si uoluerit substi-
tuere proestando quod nihil fiat nisi me uel eis uocatis et ista
doctrina ideo datur quia si procurator per se produceret
procuratorium uideret acceptasse onus quo ad illa concreta
in illo nec posset se exonerare et talis est in cle. de procur.

Diffamatio procuratorum.

Item nota quod nihil est quod magis diffamat procurato-
res quam quando ipsi mittunt deseri appellationes per negli-
gentiam et hoc contingit duplici uia in appellatione a dif-
finitiuam. primo quia communiter auditores et iudices dant
terminos. x. dierum ad proseguendum et tunc infra illos. x.
dies appellans debet facere committi causam alicui iudi-
ci uel Auditori et facere presentare commissionem quod si hoc
non poterit uel tunc expedit quod uadat ad cancellariam cor-
tradat ad manus Vicecancellarii uel regentis cancellari-
am aliam tradat notario et in absentia Vicecancellarii uel
regentis ponat eam in capsula ubi tales commissiones pos-
nuntur aliam uero commissionem notario predicto et faci-
at fieri instrumentum de diligentia predicta infra decem
dies quod si ista non fecerit procurator appellantis deseritur
appellatio.

C Sublata desertione.

C Item comissa causa et sublata desertione infra decem dies uel facta protestatione ut supra tunc illud est comus ne quod in appellationibus a grauamine uel ab interlocutoria ubi nullus terminus prefigitur salte3 in Romana curia tunc omnes termini debent seruari infra annum a die appellationis interposite et dari petitio per procuratorem appellantis ut in decisione rote. *L. in antiquis.* Et hoc sufficit nisi protestetur infra annum de diligentia sua uidelicet quod petat causam expediri in instanti. primo secundo et tertio. instantanter instantius et instantissime. et hanc protestationem subscribat per se in domo sua et producat in iudicio quia notarii sepe sunt negligentes inscribendo. scilicet in secundo fatali et in tertio et in aliis. scilicet. et nisi termini sint seruati data petitione et facta protestatione huiusmodi appellatio est deserta et similiter nisi fiat protestatio in secunda instantia non obstante diligentia predicti primi fatali etiam appellatio deservit et illa est maior uerecundia quam procurator possit habere si faciat deseri appellationem. Si uero procurator indiget remissione ad partes in secunda instantia tunc seruet terminos et super articulis et exceptionibus datis uel etiam nouis tunc datis si expedit petat si bi decerni remissionem citius quam potest et det illam petitionem in scriptis quia notarii sepe indebite scribunt quod si secus fuerit factum protestetur quod non stat per eum sed per iudicem uel partem aduersam.

C In publicatione ditorum testium.

C In publicatione ditorum testium hanc teneat procurator cautelam quod quando testes producantur per partem aduersam nihil protestatur contra eos sed taceat quousque

per iudicem de consensu partium publicati fuerint. Et si ri
met ut iudex recipere uoluerit partem contra quam produ
cuntur ad dicendum contra eorum dicta et ipse iudex con
cludat et sententiam ferat habeat iecum appellationem pa
ratam a non publicatione et prefixione termini huiusmodi

¶ De modo deoluendi causam per appellationem
in partibus interpositam ad Curiam.

¶ Item sciendum est quod si appellatio interponatur in par
tibus in presentia partis idest partis appellate uel ipsius le
gitimi procuratoris tunc causa eorum est deuoluta dum
modo super hoc appareat publicum instrumentum confec
tum et constet de mandato procuratoris sed si appellans pre
sentiam appellari habere non poterit circa appellationem
interpositam ac ut causa bene deuoluatur seruabit appel
lans hunc modum uidelicet quod faciat suam appellationem in
scriptis in bona forma qua facta accedat ad notarium pub
licum in presentia testium et legat appellationem huiusmo
di de uerbo ad uerbum et lecta huiusmodi appellatione petat in
stanter instantius et instantissime apostolos sibi dari si est
aliquis qui uelit dare protestando quod si partis appellare pre
sentiam comode habere possit eidem insinuaret et intima
ret appellationem et super hoc petat publicum instrumen
tum et hoc facto idem appellans teneatur intinmare et insinu
are huiusmodi appellatorem parti appellare seu eius procuratori
si ipsorum aut alterius eorum presentiam comode habere possit. et
menssem post interpositiorem predicte appellacionis uel post
menssem quatuordecim poterit et in insinuacione huiusmodi hunc suabit
modum. scilicet appellans assumat sibi notarium publicum et testes et
accedat ad partem appellatam uel ipsius procuratores aliquos
prestando de ipsorum absentia huiusmodi appellacionem per ipsum

ante interpositā ut premittit per notariū publicū legi ⁊
publicari faciet ⁊ appellato seu eius ꝓcuratori copiā ap-
pellatōis tradat requirendo notariū ut super premissis sibi
publicū cōficiat instrumentū alioquin si ipsius partis rei
ꝓcuratoris predicti ꝓsentia habere nō potest tunc si causa
fuerit beneficiālis expedit q̄ in loco beneficii de quo agit
uel in loco ubi ꝓs appellata fuerit beneficiata infra missaz
sollēnia uel q̄n carant hore diei in loco beneficii uel partis
appellare in ꝓntia beneficiaroz in ipsa per te partē appellā
tem uel tuū ꝓcuratorē uel per notariū publicū legas publi
ce et pars ap̄ os perat nihilominus si partis appellare ꝓn
tiam haberet ipsi eandē appellatōz insinuaret et sic simili
ter faciet in domo partin appellare si cōmode ⁊ tute ad e^o
domū accedere poterit sin aut in eccl̄ia cathedrali in loco
beneficii et in ecclesia parrochiali sub qua degit et morat
⁊ bonum est affigere copias earundem ad ualvas ecclesi
arum ⁊ etiam in domo habitationis appellari ⁊ alias ad
bibere diligentiam circa insinuationem huiusmodi appel
lationis qualis est adhibenda in executione citationis le
gitime in partibus fiende Et si pars appellans uoluerit
prosequi appellationem suam ⁊ pars appellata uellet eam
prosequi expedit q̄ pars appellata instet pro copia habē
da appellationis sub manu publica notarii scilicet illius
qui instrumentum conficit ⁊ si ille notarius negauerit si
bi tradere illius copiam accedat pars appellata ad offici
alem uel ad alium deputatum super hoc potestatem habē
tem et ille compellet notarium ad tradendum sibi copiam
salario tamen sibi producendo et citari faciat partem ad
hoc uidendum sibi decerni copiam appellationis.

CItem nota q̄ ad declarandum collatores ordinarios
in partibus incidisse in penas sententias censuras .s̄c̄. sic
proceditur. Primo enim producantur coram excoꝛe de
putato in bullis. Secundo petitur decerni citatio contra
ordinarios ⁊ eorum procuratores si qui sint in Romana
curia ⁊ omnes alios sua interesse putantes ad dicenduz cō
tra litteras apostolicas ⁊ processum inde securuz ac requi
sitionem. Tertio petitur decerni in contumaciam ipsorum
nihil dicentium quo minus .s̄c̄. uel dicendum causam .s̄c̄.
⁊ illa citatio fit tribus vicibus ⁊ ultra. Quarto ad audien
dum se sententias censuras ⁊ penas ecclesiasticas in pro
cessu contentas incidisse declarari uel dicendum cām qua
re .s̄c̄. Semper proceditur per audientiam contradictoriam.

Finit stilus curie.

4 * 15705

Et p̄
Ite ad
Irem a
da ad p̄
Ite ad
Ite ad
Ite ad
Ite a
Ite a
Ite a
erit ad v
ri ⁊ p̄

Oes
nus a
son
Oes
nus a

In
lum s̄
delle
ra. C
Et p̄
nau
term